

**čl. 415 De fundo emphiteosi**

Qui fundum vendit, cui eciam aquam accessarum dicit, debet eciam iter ad aquam hauriendam emptori tradere.

**čl. 14 De actore paterfamilias**

Paterfamilias in causis quibuslibet, si vult, potest pro uxore, pueris, servis et ancillis commensalibus

**čl. 392 De empacionibus a non vero domino**

Qui bona fide a non vero domino, quem dominum esse credebat, fundum emerit vel aliquit aliud ex iusta causa vel donacione bona fide acceperit, placuit naturali ratione fructus, quos perceperit, eis esse pro cultura et cura. Et ideo, si postea dominus supervenerit et fundum vendicet, de fructibus ab eo consumptis agere non potest. Ei vero, qui sciens fudnum alienum possederit, non idem concessum est; eciam itaque fructus cum fundo, licet consumpti sint, cogitur restituere.